

[XXXI^a.] De senioribus; unde viginti quinque.

Item super
chorum.

Bis duodena chorum facies ornat seniorum.

Summa viro docto numeri patet ista ter octo:

Styrps generis Christi viginti quattuor isti;

Cum phialis citharas gestant modulamine claras.

5 Digna sacramenti res est, quam scribo legenti.

Est odor in phialis gratissimus et specialis:

Unguine sunt plenę phialę nam bis duodene;

Si quis inunguatur, fit eo, ne iam moriatur;

L f. 73. Nostraque vota pręcum retinent hęc vascula secum.

10 Cum citharas tangunt, 'Ter sanctus' Osannaque pangunt,

Angelicus cętus respondet ad omnia letus;

Tunc plausus resonant, tunc, Rege iubente, coronant

Cęlicole memores duodenos bis seniores^b.

a) Fehlt C. T.
II, 256, L.

b) Folgt von derselben Hand 'Osbern', ed. Wright